



Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quis restituere teneatur ratione rei bene acceptæ cap. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

situm tām ad vsucapiōnem, quam
prescriptionem deprehendit rem
non esse suam, non obligetur ad
vllam restitutionem, sed possit ip-
sani retinere. In hoc vero conne-
niunt tam bonæ quam male fi-
dei possessores, quod rem alienā si
eam à fure vel alio emerint, possint
eidem restituere & ab eo recipere
premium, vel certe domino, quid-
quid dicat Nauarrus.

*Quis restituere teneatur ratio-
ne rei bene acceptæ. Cap. 18.*

Res bene accepta, prout ad
rem pertinet, quatuor mo-
dis haberi potest, commo-
datione, locatione, pignore, & de-
posito: & qui his modis habet, té-
pore statuto impleto, reddere te-
netur. Si verò res talis perierit,
quatuor in casibus restituere tene-
tur. Primo quando ex malitia, vel
negligentia morali ipsius haben-

tis, res ipsa periit, vel sublata est, quia eam ad alios usus conuerterat, ut cum quis equum locauit pro Mediolano, & Venetias ille proficiscitur, quo in itinere à latronibus expoliatur. * Tertio. Cū est in mora reddendi alienum & in tali mora res periit. * Quarto. Quando conueniunt dans & accipiens, quod res pereat in damnum recipientis, tunc enim si recipiens amittat, restituere tenetur. Ad hanc regulam rei bene acceptæ, reducitur obligatio restituendi inuenta, quæ si dominum non habent ut quæ in maris littore reperiuntur seu in loco in quo solent generari, sunt inuentoris: si habent, ut quæ in viis, & domibus reperiuntur, domino reddēda sunt, quo non comparente, post sufficiētē diligentiam pauperibus ex communi sententia D. D. vnde si inuentor pauper sit, potest ea sibi retinere, nec si postea compareat

, quam
it rem
etur ad
ossit ip
conue
nale fi
lienā si
possint
cipere
quid-

ratio-
.18.

out ad
or mo
mmo-
& de
et, té
ere te
rrierit,
e tene
ia, vel
aben-

dominus, tenetur ad villam resti-
tutionem si res consumpta sit vel
præscripta. Thesauri vero antiqui,
si in proprio fundo inueniantur:
sunt inuentoris, si in alieno & do-
mini voluntate, dimidiā sibi par-
tem retinebit, alteram domino
restituet, si vero nescio domino,
totum perdit. Qui vero agrum e-
mit, quia nouit in eo Thesaurum
latere, iustè emit, & thesaurum fo-
diens, poterit sibi illum applicare.
S. Th. 1. 2. 66. 5. seruandę tamen
sunt in hac re principum leges, in
quorum territorio Thesauri inue-
niuntur.

*De tertia radice, quæ dicitur ma-
la actio. Cap. 19 & 20.*

Mala actio, aut est contra
charitatem, & sic nulla
est ab illa restitutionis ob-
ligatio, aut contra iustitiam, & sic
restitutione est in precepto, vnde qui